Plethonis

συγκεφαλαίωσις sive Compendium Zoroastris et Platonis dogmatum in Bibl.
Augustiss. Imper. Lambecius L. VII. p. 164. seq. 175. 172. seq. et Regis Galliæ Lab-
bey pag. 85. Græce extare scriptum notant. Forte nil aliud genere eam συγκε-
φαλαίωσιν, quam quæ edita sunt in oracula Zoroastrea Gemisti Plethonis scho-
lia, ait Fabricius Bibl. Gr. L. I. c. 36. * ad §. VII. cum in ipso §. VII. se nescire di-
xisset, ubi Hieraclem L. VII. de fato ac providentia consensum demonstrasse
inter oracula, Orpheumque ac Platonem, auctore Photio cod. 214. memorave-
rat, ad id argumentum ulterum [struck out] faciat Plethonis ex eo
nunc vero notis, quæ postea observet Gemisti Plethonis Scholia cum L X.
oraculorum versibus, veterum lugis exscripta primum Græce sub tit. Μαγικὰ
λόγια τῶν ἀπὸ τοῦ Ζωροάστρου μάγων. a Lodoico Tiletano (an Tile-
tano? legendum potius) Paris. 1538. 4. quæ Latine vertens omnia oracu-
la pariter ac Scholia Iacobus Marthanus Pictaviensis, edita: maleq. Stan-
leium in Philosophia orientali hæc, quæ Plethonis Scholia, Psello tribuere.
Adde hic Fabricio Burnetum Archæol. Philos. T. 4. premere Stanleio
pollicem. Ipse vero Fabricius deinde pergit ** ad §. VIII. L. I. c. 36. p. 249.
inferre, Iohannem Opsopoeum ad calcem Sibyllinorum oracula Zoroastris cum
nova versione sua non modo addidisse Plethonis Scholiis, quorum Latinam Mar-
thani translationem eum usurpare ipse §. VIII. Fabricius meminerat: sed et Mich.
Pselli quæ ex Bibl. Reg. Galliæ primus edidens Gr. Lat. impressa curasse Paris.
1589. 8. recusa 1599. et 1607. 8. adiectis notis suis; in quibus loca auctorum
quibus petita ea oracula vetera [struck out], quæ Sibyllinis subiecta, indicari
consolum iam dum L. I. c. 17. p. 109. monuerat Fabricius; sed et alibi, videl.
L. I. c. 32. p. 199. Opsopoeum hunc, Medicum ac Philosophum Palatinum in
eorum editione usum libris Turnebi, Ranconeti et Ioh. Aurati, ultimo ex ste-
cum Epist. ad Goldast. XIII. inter edit. Fr. 1688. asserta, scripto item Cod. Re-
gis Galliæ atque alio P. Pithoei: significarat; ubi simul quidem [struck out] Opso-
poei studium satis decantat, tertiam modo notat eius editionem anni 1607.
ex Cl. Crenii Animadvers. Philolog. Hist. P. X. nitidissime curatam; maleq.
Blondellum L. I. de Sibyllis c. 29. Opsopoeum typographum Basileensem
Sibyllina inseruisse orthodoxographis, cum nec Opsopoeus fuerit typographus
[struck out] Basileensis sed Oporinus, nec Oporini sed Henrici Petri quæ in orthodoxo-
graphis habent, sit editio. Tandem vero ex loco s. cit. [struck out] p. 249. Fabr.
L. Gr. superest mentio facienda Servatii Gallæi, qui ad 1689. Amst. in 4.
Opsopoei editioni integræ in[?] ... iterum subiecta adiunxit uberiores
annotationes ex variis Scriptoribus, recentioribus maximas partem, et ad loca
hinc non difficilima, quæ aliqua et alia emendavit ope ... ab Ed. Bernar-
do concessi, quam in rem vid. Fabr. p. 199. Idem Fabricius ceterum p.
249. adhuc meminit P. Lambecium in Prodr. Hist. Liter. p. 94. seq. eadem
Zoroastri oracula cum Opsopoei et Marthani exhibere versione; principi-
umq. et extremam partem Scholiorum Pselli et Plethonis Gr. L. in gustum velut
offerre p. 113. seq. Augustinum Steuchum Eugubinum denique in opere
de Perenni Philosophia et Marsil. Ficinum in libris de Immortalitate ani-
mæ nulla oracula Plethonicæ collectionis illustrare idem subiicit Fabric.
§. 9. pag. 251. Nunc vero ego quæ de hac συγκεφαλαιώσει sen-
tiam, addam quæ. Nimirum in msto Augustano de quo scripsi seculi circiter
XV. inveni eam post infra quæ descripta ex eo πληθώνιον ἐκ τῶν ἀ λόγου

http://digital.slub-dresden.de/ppn346357527/60